



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 75.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Guntramnus Chilbertum adoptauit in filium. *Caput 75.*
 Chilpericus Prætextatum Rothomagensis Episcopi in exilium trudit: imputans ei quod consilio Brunichildis usus contra Chilpericum fuisset: quod veritate subsistebat. Meroueus iterum laicus efficitur de Turonis fugiens per Antiodorum Diuione venit in Remensem per Campaniam accessit & à Tharauanensibus circumuentus est, & in quadam villa concluditur à Gaülino familiari suo, ipsoq; rogante Meroueus cultro interfectus est; & post Gaülenus manibus & pedibus, nares & aures truncatus turpiter vitam finiuit.

p. al. de Auinione venit in Remensem Campaniam peraccessit. q. al. Gaüleno

Eodem tempore Iustinus Imperator amens effectus est. Sophia eius Augusta cum Tiberio Cæsare regebat imperium. Tiberius largissimus in eleemosynis fuit. Sed cum à Sophia argueretur, vt thesaurum non vastaret, in medio palatij CRUCE in lapide reperta, iubet Tiberius ipsum lapidem leuari. Desuper in alio lapide duæ cruces repertæ sunt: leuatumq; & ipsum. inuenta sunt sub ipso mille centenarij auri. quod largiter diuino amore pauperibus erogauit. *Cap. 76. Aimon. 3. c. 19.*

Defuncto Marside prudenti alloquio Senecæ, cui *Caput 77.*
 Narsis crediderat thesaurum eius, Tiberius absconditum sub terra inuenit, nimia multitudine ponderum auri & argenti & lapides preciosos. Quod deum largiter Tiberius in eleemosynas distribuit pauperum. Samson filius Chilperici moritur, quem Chilpericus nimium luxit. Eo anno stella in medio Lunæ fulgens visa est. Guntramnus Boso relictis filiabus suis in Ecclesia sancti Hilarij, ad Chilbertum transijt. Anno quoq; tertio Chilberti Regis, qui erat Chilperici & Guntramni *Greg. 5. c. 15.*

Ttt 3 XVII.